ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: ARISTOTELES. BOETHIUS
11. Jh. Seite 38v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=951
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nec una negacio. Ma[illegible]rinus namque et hic latrabilis uno uocabulo
qoc canes uocantur. Si quis igitur dicat canis animal est. quoniam ex his significat canis in
unum iunctis nichil efficitur [illegible] ex cane. et latrabili et marino iunctis
nulla una substantia ⁝ illa propositio multiplex ⁝ et multa significantia
et non una. Quare quemadmodum si quis huiusmodi propositiones interroget respondere de
T beat doc et dicens. Si igitur dialectica interrogatio responsionis est peticio.
vel propositionis vel alterius partis contradiccionis propositio et unius contradic
cionis est. Ilsque utrum hoc animal homo an non homo. Quicumque interrogat si ab arte dia
B letica non declinat idcirco interrogat ut ei respondeatur. Respondeatur
autem aut tota propositio. aut contradiccionis una particula. Si quis et dicat
interrogans. anima ne immortalis est. tunc respondens aut est. respondebit
aut non. Hoc autem est tocius contradiccionis una particula. Contradiccio et est.
anima immortalis est. anima immortalis non est. Ergo est et non. contradiccionis sunt par
ticule. Quod si quis interroget sic. anima immortalis est an non. tunc ille ita re
spondebit si uelit totam propositionem dicens. Videtur mihi immortalis esse. vel rursus
uidetur mihi non esse immortalis. Ergo si quis interrogat. ita responsionem petit.
ut illa responsionis peticio vel propositionis peticio sit vel unius partis
contradiccionis propositio aut unius contradiccionis est. id est omnis affirmatio unam
habebit negationem. et in duabus positionibus una erit negacio.
Quare quisquis plura significantem propositionem dixerit ille non facit
proponere ad quam sit una negacio. Quo circa huiusmodi interrogationi que plu
ra significat. nec si uera sit debet una esse responsio. Si quis interroget substantia
ne sit canis quamquam sit uerum dicere substantia est quoniam et latrabilis et marinus substantie sunt.
tamen non est ad hanc una facienda responsio. sed dicendum est de quo ca
ne interroget. Quod si ille dixerit de marino vel rursus de latrabili
eu tunc per illius determinationem diffinitionemque interrogationis facta fu
erit una propositio unumque significans ad hibenda est una responsio.
De his autem in topicis dictum esse conmemorat. Similiter autem manifes
ipm tum est quoniam nec hic quod dialectica interrogatio est. Qualis debeat esse
modus dialetice interrogationis exequitur. Ait et. Si quis interroget quod
est animal. hec non est dialetica interrogacio. Oportet enim semper dialeti
cam interrogationem optionem respondenti dare. utrum affir
qd dr mare uelit an negare. Ut si quis interroget. Putasne malum bono